



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1862**

XLIV. Die Herzogin Anna vereignet dem Kloster Arendsee eine Hebung aus Gr. Ellingen, am 31. Mai 1320.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55716](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55716)

militibus Thiderico, Bernardo et Wernero fratribus dictis de Schulenborch eciam ad manus dicti monasterii in hiis scriptis promittimus, quod cum dictum monasterium ius pheodale dictarum Curiarum, quod Wlgares lenwere nominant, siue proprietatem ipsarum Curiarum a domino Marchione procurare quiuerit, Extunc sine omni contradictione debebimus et volumus resignare. In cuius rei Testimonium presentem litteram Sigillorum nostrorum appenfionibus, qui Sigilla habuimus, atque Sigillorum dominorum frederici et henninghi fratrum de Gartowe, necnon dominorum Thiderici, Bernardi et Weneri fratrum de Schulenborch predictorum affixionibus fecimus consignari. Datum Arnfe, Anno domini M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. XIX<sup>o</sup>., XIII<sup>o</sup>. kalendas Junii.

XLIV. Die Herzogin Anna vereignet dem Kloster Arendsee eine Hebung aus Gr. Ellingen, am 31. Mai 1320.

Nos Anna, dei gracia ducissa Slesie dominiacque Wratislaviensis et Arneborch, recongnoscimus publice per presentes, Quod deuotis in Cristo personis in Arnfe monialibus proprietatem vnus chori filiginis adiacentis in Curia Petri de Steghe et heysonis de Arneborch in magna Ellinge dedimus et presentibus donamus perpetuis temporibus duraturis. Testes huius sunt Henninghus konningefmarke, Helyas kannenborg, Philippus Eycstede, heyzo Bertekowe, Et alii quam plures fide digni. Datum Arneborch, In huius rei euidentiam, Anno domini M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. XX<sup>o</sup>., Sabbato post festum corporis Christi, nostro sub Sigillo.

XLV. Bruning von Leppin verkauft Leppin und Cerne dem Kloster Arendsee, am 21. März 1322.

Omnibus hoc scriptum visuris siue auditoris Bruninghus dictus de leppyn, famulus, affectuosam ad omnia voluntatem. Que prouidorum virorum felix ordinat sapiencia, solent scripturarum fulciri testimonio, ne postmodum ambiguitatis scrupulus immisceatur. Ergo presentibus litteris profiteor et protestor, volens meum rationabile factum ad noticiam tam presentium quam futurorum peruenire, quod matura deliberacione prehabita Cum consensu omnium legitimorum heredum meorum, quorum nunc interest aut interesse poterit in futurum, rite et rationabiliter vendidimus honorabili viro domino Thiderico, plebano in Gartowe, preposito in Arneffe, et Conuentui monasterii ibidem duas villas, videlicet leppyn et Cerne, absque quolibet dominorum seruicio, Cum omnibus suis attinenciis, scilicet Terris, Nemoribus, Agris cultis et colendis, Cum aduocacia et pensionibus et cum omni Jure, quod vsque ad hec tempora in hiis habui vel in futuro habere